



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

99. Indissolubile Matrimonij vinculum contra Pharis[a]eos asseritur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

S. <i>Matheus.</i>	S. <i>Marcus.</i>	S. <i>Lucas.</i>	S. <i>Iohannes.</i>
<p>uit dominus villicū iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico, facite vobis amicos de mamóna iniquitatis: ut cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, &amp; in maiori fidelis est: &amp; qui in modico iniquus est, &amp; in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mamóna fideles non fuistis: quod verum est, quis credat vobis? Et si in alieno fideles non fuistis: quod vestrum est, quis dabit vobis? Nemo servus potest duobus dominis servire. aut enim vnum odiet, &amp; alterum diliget: aut vni adhærebit, &amp; alterum contemnet. Non potestis Deo servire, &amp; mamónæ. Audiebant autem omnia hæc Pharisei qui erant avari: &amp; deridebant illum. Et ait illis, Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autem novit corda vestra, quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deū. Lex &amp; prophetæ usque ad Iohannem, ex eo regnum Dei euangelizatur, &amp; omnis in illud vim facit. Facilius est autem cælum &amp; terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere. * 99.</p>			

CAP. 99. *asseritur contra Pharisæos indissolubile matrimonij vinculum. Mat. 19. \* 74. Mat. 10. \* 74. Luc. 6. \* 58.*

<p>S. <i>Matheus.</i>  <b>ET</b> accesserunt ad eum Pharisei tentantes eum, &amp; dicentes, Si licet homini dimittere uxorem suam, quacumque ex causa? Qui respondens, ait eis, Non legitis, quia qui fecit ab initio masculum</p>	<p>S. <i>Marcus.</i>  <b>ET</b> accesserunt ad eum Pharisei, interrogabant eum, Si</p>	<p>S. <i>Lucas.</i>  <b>OMNIS</b> qui dimittit uxorem suam, &amp; alteram</p>	<p>S. <i>Iohannes.</i>  <b>S</b></p>
--	--	---	--



S. Mattheus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannis.
<p>masculum &amp; feminā fecit eos. Et dixit, Propter hoc, dimittet homo patrem &amp; matrem, &amp; adhærebit uxori suæ: &amp; erunt duo in carne vna. Itaque iam nō sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit homo non separet. Dicunt illi, Quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudij, &amp; dimittere? Ait illis, Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, &amp; aliam duxerit, mœchatur: &amp; qui dimissam duxerit, mœchatur. Dicunt ei discipuli eius, Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis, Non omnes capiunt verbū istud sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: &amp; sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus: &amp; sunt eunuchi, qui seipso castrauerūt propter regnum cælorū. Qui potest capere, capiat. * 103.</p>	<p>Si licet viro vxorem dimittere tentantes eum. At ille respondens, dixit eis, Quid vobis præcepit Moyses? Qui dixerunt, Moyses permittit libellum repudij scribere, &amp; dimittere. Quibus respondens Iesus, ait, Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis præceptū istud, ab initio autē creaturæ masculum &amp; feminam fecit eos Deus. Propter hoc, relinquet homo patrem suum &amp; matrem: &amp; adhærebit ad vxorem suam, &amp; erunt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Et in domo iterum discipuli eius eodem interrogauerunt eum. Et ait illis, Quicumque dimiserit vxorem suam, &amp; aliam duxerit, adulterium committit super eam. Et si vxor dimiserit virum suum, &amp; alij nupserit, mœchatur. * 103.</p>	<p>ducit, mœchatur: &amp; qui dimissam à viro ducit, mœchatur. * 100.</p>	